



Universitätsbibliothek Paderborn

**De vanitate et miseria humane vite. liber d[omi]ni
Joha[n]nis tritemij abbatis spanhemens[sis] ordinis diui
patris benedicti**

Trithemius, Johannes

Moguntina, 1495

Q[uo]d mortis et iudicii consideratione mu[n]dus caro et om[n]es
voluptates huius vite contemnende sunt. Cap[itulum] x.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00040426-7

Exempla

7 vita p penitentiā non fuerit expurgatū. Quid de sanctis
dei legitur seuerino colonensi archiepiscopo. et pascasio
romane ecclesie diacono sedulo cogitemus: q̄ ambo mi-
raculus choruscantes. post mortē in penis purgatoriū visi
sunt: alſer q̄ reip̄iblice negotijs occupatus negligentius
aliquādo pſoluſſet horas canonicas: alter q̄ in electione
ſymachi pape ab aliorū voluntate (quāuis bono zelo)
differiſſet. Quid nos miferi facturi ſumus: si purgatoriū
penas viri sanctissimi et miraculis clari euadere non po-
tuerūt? Quid inquā faciemus nos iniusti: si in penis pur-
gatoriū post mortē cruciantur sancti? Quēadmodū euad-
ere penas impius poterit: si sanctus nō potuit? Tineam-
us ergo fratres: timendo caueamus: ne p negligentia
ſcidamus. Agamus penitentiā omni tempore: quia in
bac vita ſolū penitentia fructuosa eft: quando poſiunus
non ſolū penas evadere: ſed et gloriā promereri.

*22. mīnistrat
Pettima dīa*

**Qd̄ mortis et iudicij considera-
tione mūndus. caro. et om̄nes volup-
tes huius vite contemnende ſunt.**

Lap. E.

Dmonet nos diuina ſcriptura dices. In om̄i-
bus memento nouissimorū tuorū. Et ad gen-
tem peccatricem moyses ait. Hens absq; cōſu-
lio eft et ſine prudencia: utinā ſaperent et intel-
ligerent: ac nouiffima prouiderent. Que nouiffima? Illa
videlicet que vitā ſequitur pſentem. Que ſunt illa? Iudi-
ciū et mors. Eniuero q̄ ſutilis ſit homini memoria mor-
tis: vir sapiens denūciat dicens. Fili memorare nouiffi-
ma tua: et in eternū non peccabis. Ecce mors properat
districtū dei iudiciū a ppropinquat. Quousq; igitur mi-
ſer diſſimulas? Quousq; dormitas? Quādū penitentiā
differes? Vluerē diu in hoc mūndo non poteris: ad iudicium
dei cito rapieris: vbi tristem pro vite negligentia es
recepturus ſententiā. Nunc igitur dum viuīs et ſanuſ es
age penitentiā: emenda in melius vitam: expurga conſci-
entiā. Quodcuq; potest manus tua facere bonū instan-



ter operare: quia nec opus nec ratio. nec sapientia nec
scientia erunt apud inscros: quo tu properas. ³⁸
Hic tem-
pus penitentie est: nūc dies laboris: in quibus peccata
possumus p sancta exercicia redimere: et pro paruis ope-
ribus celeste regnū obtainere. Undus transit. et concus-
piscientia eius: moriuntur homines: et tanq; non fuerint
a memoria nostra rapiuntur. Quid in auro confidis odi-
ues? Quid de potentia gloriaris? Quare te breui moritu-
rum non cogitas? Hone supercilium: vanā confidentiam
proīce: mors honores non metuit: diuicias nō attendit:
etatem non discernit. Una est omnibus: nemini parcit:
nemine reueretur. Sicut servus ita et dñs: agricole prin-
cipem comparat: sceptra lagonibus equat. Judiciū omni-
bus equū prestat: iusta profert sententiā: nullus accipit
personā. Voluntatē hoīs non requirit: necessitatē omni-
bus indicit. Utrū ad moriendū paratus sit homo necne.
nō ponderat: rapere illū pro quo venerit festinat: verba
promittentis quantilibet magna non considerat. Omni-
bus diebus quibus homo viuit sup terrā ad mortē pro-
perat: et quasi clausis oculis. cecus ad foueam festinat.
Nulla etas de morte secura est: nullū tempus tutum: lo-
cus nullus sub celo immunis. Etas hominem moritu-
rum nō excusat: tempus non liberat: locus nō pseruat.
Lū ergo in omni etate loco et tempore morti simus ob-
noxij: eam cōtinue parati expectemus: que nos momen-
tis singulis obseruat. Dubius. incertus. et varius huma-
ne condicōnis interitus sedulo nos admonet: quatenus
de nostra morte solliciti: nusquā inaniter psumamus. Di-
cit enim scriptura. Beatus homo qui semp est pauidus:
qui autē mentis est dure: corruet in malū. Enīero qui
mortis aduentū metuit: ab omni negligētia quātū per-
mittit hūana fragilitas se custodit: paratus inueniri omni-
no cōcupiscit. quis est qui mortē salubriter timet? Qui
timendo bene viuit. Mortem imp̄ timet et metuunt
sed timentes male viuūt. Nihil prodest metus: ubi nō est
prospectus. Nam diuites būius mūdi mortis imperium

39 Valde metuunt: quoniam terrenis cupiditatibus implicati
discendere ab hoc seculo perirent: qui propter qui extra mun
dum nihil amauerunt. Qui male sibi conscientis est: iudicis
aduentum expauescit. Eniuero qui male agit odit lucem:
metuens iudicij correptionem. Sed quod prodest? Ad mor
tem nos urgent necessitas: nec potest ob sistere humana von
luntas. Post mortem instat iudicium: ubi testis accusabit con
scientia: iusticia indicabit. Ergo dum vivimus in carne
mortem prudenter timeamus: timendo nos paremus:
quoniam evadere non possumus. Agamus penitentiam de pec
catis preteritis: caueamus a futuris: et sic deinceps studea
mus vivere: ut mori non timeamus. Bona conscientia
semp gaudiū habet: qui propter que spem suam in adiutorio al
tissimi collocat: cuius mandata humili observat. Sed
longe a peccatoribus salus: quod honores terrenos ambiunt:
qui avariciam colunt: qui voluptates carnis omni tempore
querunt. Merito hi tales mortem timent: qui bone conscientie
testimonium non habent. Nam sicut mors bonis est ins
troitus de paupertate ad regnum: ita reprobis aditus est ad
infernum. Beatus homo qui interea semp est pauprus: qui
vanitates mundi non diligit: qui perituras diuicias sper
nit: qui carnis desideria fugit: qui precepta dei humili de
notione custodit. Qui talis est mortem expectat securus:
de sola dei gratia fiduciam habens. Nemo enim sanctus vi
ribus suis: sed deus omnia operatur in omnibus: qui sua
clementia vita nobis concedat eternam.

Impressum in nobili ciuitate Moguntina p
Petru Friedbergensem Anno virginis partus
Millesimo quodringentesimo nonagesimo quinto.